



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXXV. S. Getrvdis Monasterivm, in vrbe Louaniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

cula Dominarum, auxisse numerum ad triginta. Idem Auentinus tradit Ludouicum Imperatorem hoc monasterium auxisse.

## CAPVT LXXXV.

S. GERTRVDIS MONASTERIVM,  
*in vrbe Louaniensi.*

**F**Vit hic locus primùm non nisi facellum seu capella, Ecclesiæ S. Petri, quæ in vrbe Louaniensi primaria est, subiecta. Cuius quidem capellæ vicarius cùm esset quidam Magister Franco, eam sibi ab ipso donari obtinuit Henricus I. Dux Lotharingiæ æc Brabantiæ; qui anno Christi millesimo ducentesimo sexto, Iunij XVII. hanc ipsam capellam, vt vocant, in monasterium Canonicoꝝ Regularium euehendam curauit.

Primus huius monasterij Præpositus nominatus est idem Franco, obiitque ann. 1229. Martij 27. Henricus verò Dux obiit ann. 1235. Septemb. 3.

Basilica autem eius loci consecrata est an. 1228. & parœciali iure donata est an. 1252. Eo enim ipso anno Louanij quinque parochiæ, vt nuncupant, institutæ sunt.

Franconi defuncto in Præpositura successit alter Franco, Franconi Libertus, Liberto Adamus, Adamo Gosuinus, & sic deinceps vsque ad tempora Henrici à Fura V Valteri Moil-

Moillaert, qui primus Abbatiali titulo insignitus est, obiitque an. 1377. 1462.

Est autem hoc monasterium magnificis ædificijs illustre, solentq; ad illud non nisi nobili genere nati admitti.

Abbas porrò Gertrudanus est perpetuus priuilegiorum Academiae Louaniensis Conseruator.

## CAPVT LXXXVI.

QVERCETANVM MONASTERIVM,  
*Gallicè Quescroy, Virginum, in Belgio.*

**Q**uercetanum monasterium inchoauit Petrus Pitenz, Sacellanus Balduini cognomento Animosi, Flandriæ & Hannoniæ Comitis: quod anno circiter 1233. Ioanna dictarum prouinciarum Comitissa firmissimis ædificijs auxit. Sacras autè virgines è Primiacensi monasterio euocatas huc deduxit Margarita dicti Balduini Comitis vxor, siue, vt ipsæ Quercetanæ moniales volunt, Margarita dicte Ioannæ Comitissæ soror, idque circa an. 1262. cùm iam defunctæ sorori Margarita in Comitatu Flandriæ & Hannoniæ successisset.  
*Ex M. SS. Hannonia Chronicis.*

Anno 1244. N. nobilissima ac pientissima matrona Nicolai Toparchæ Barbansonij vxor, cõsentiente marito, fundauit ac dotauit monasterium Virginum Ord. S. Augustini, quod *Lethure de Layde de la benoiste Vierge* appellant. *Ex iisdem M. S. Hannonia Chronicis.*